

## Tractatus X. Caput I.

vendendi & alteri tradendi, tunc iterum est possum optabile ut tradatur alteri, quām ut maneat penes venditorem; est enim iterum major spes vindicationis, & insuper habet obligatum in conscientia venditorem, ad manifestandum sibi apud quem res sit, ad solvendam estimationem, vel ad recuperandam rem traditam, ad informandum emptorem: &c. Ergo traditio cum tali obligatione est optabilior, quām retentio in istis circumstantiis, ut considerant pacem. Sēpē etiam ob diversas jurisdictiones est difficultius vindicare rem à venditore, quām ab emptore: pone enim dominum esse cūrem, furem esse militem, emptorem etiam esse civem: est utique optabilius, rem esse apud civem, quām apud militem. Quod nullo horum modorum est domino optabilis traditio, dico, legem de tali casu non esse intelligendam, vel catenū esse nullam, quia obligat ad illici- tum, quod est impossibile.

113. Ex dictis recte concludunt Interpretates, non esse de Substantia hujus contractū, ut obligat ad transferendum dominium rei venditae, sicut est, ut obligetur emptor ad transferendum dominium pretii: sed solum obligari venditorem ad rem tradendam, & quantum in se est, ad faciendum, ut emptori rem habere licet, ut habetur l. 11. §. 8. & 17. ff. de act. empī. quod aliud non est, quām de Evictione teneri, ut insta declarabatur. Hinc sequitur notable difference inter hujus contractū obligationem tradendi, & alias obligationes, v. g. ex Permutacione, ratione legati, dotis, donationis, dationis in solutio. Nam in his omnibus est obligatio transferendi dominium, & etiam si res esset tradita, sed non esset translatum dominium, adhuc alteri maneret salva actio, v. g. praescriptis verbis, ex lege, ex testamento, ex stipulatu, &c. At verò in venditione & traditione rei alienae, nulla amplius competit Empatori actio ex empto, ad acquirendum dominium.

Veniamus nunc ad tertiam tituli partem, ubi quāritur, an quis possit emere rem suam, ita ut ex tali contractū nascatur obligatio.

114. DICENDUM est, non posse quem emere rem suam purè & absolūte, sed bene sub conditione, & in tempus quo definit esse mea. Primum habetur in lege 16. ff. b. t. [Sue rei emptio non valer, sive sciens, five ignorans emi: sed si ignorans emi, quod solvero, repetero potero, quia nulla obligatio fuit.] Alterum habetur in l. 61. eod. [Existimo, posse me id quod meum est, sub conditione emere, quia forte speratur, meum esse declinare.]

Ratione dubitandi tamen movere & solvit subtilis Arnoldus Rath. Nam etiā vendor sciens rem esse meam, non possit eam magis facere, quām antea fuerit: attamen cum

me decipiat, videtur vendor ob dolum teneri in omne id, quod meā interest: quemadmodum si ignorantis mihi sciens hominem liberum, vel rem faciat & religiosam vendidisse, esto in neutrō casu venditio quoad alienationem subsistat. Respondeat, negando suppositum, nempe quod Emptoris interfit, non fuisse deceptum: nam facta traditione habet rem, ejusque dominium: ergo nihil superest, quod petat, utpote habens omnia quā petere posset; si verò pretium solvit, condicione indebiti repetere potest. Alteriter se res habet, cū emittat res, quae non est in commercio humano, ut res sacra, homo liber: decipitur enim emptor, quia absit illi dominium rei non existens in commercio humano. Interest autem emptor, illam rem habere: ergo vendor potest conveniri ad interesse solvendam.

Dices. Saltē servire potest talis contrac-  
tus ut Venditor obligetur ad tradendum. &c. Cū sciat rem esse emptoris, antecedenter jam obligatur ad eam tradendam, quodsi non obli-  
gatur, tunc traditio utique emi posset.

## CONTROVERΣIA XV.

*Quid luris competat Emptori adversus  
Venditorem rei alienae, re evictā.*

## §. I.

*In quibus Contractibus obligatio de Evi-  
ctione locum habet*

## SUMMARIUM.

*D*efinitio Evictionis. 115.  
*H*abet locum etiam in detentione rei alienae ex contrahente innotato. eod.

*I*tem si res detur in solutum. eod.

*I*tem in re aliena in dotem data. eod.

*I*tem in divisione hereditatis, vel rerum Societatis. eod.

*I*tem in transactione si alienum datum est. eod.

*I*tem si res frugifera vendita est, in qua ususfructus e-  
vincitur. eod.

*A*n etiam teneatur, qui donavit, vel promisit donare rem alienam. 116.

*D*uo Evolutionis capita, unum ad rem defendendam, alterum ad interesse. 117.

*A*d quid tendat hæc actio: & quando agi possit. eod.

*A*n vendor conveniri possit ad interesse, quānum-  
cunque illud sit, etiam de futuro. 118.

*A*n vendor teneatur emptori ad refundendos sumpus-  
litis. 119.

*Q*uid si convenitus emptor vicit, sed actor non fuit in expensas condemnatus. 120.

*Inesse-*

## Contr. XV. De Evolutionis Iure.

*I*ntellectus legis 8. C. de Evolutionib. 121.

*S*olvitur dilema. eod.

*A*n obligatio refundendis sumpus-  
litis. eod.

115. *E*victio definitur à Jurisfis: *R*ei nostræ, quam adversarius legitimū titulo acquisivit, per Iudicem facta recuperatio. Ab aliis sic. *R*ei autē empī, aut ex alia legitima causa accepta, interpositio decreto Iudicis, additio, vel amissio.

Ex qua definitione colligitur, Evolutioni non solum locum esse, quando res aliena detinetur ex empī, sed etiam, quando aliis modis detinetur. Et quidem cum obligatione de eadem evictione. Nam imprimis locum habet, quando detinetur res aliena ex Permutacione vel alio contrahendo innotato: arg. legis 29. C. de Evīt. [Si permutationis gratiā prædia curatoribus quondam fratriis tua mater tua dedit: his que in eorum vicem accepit, poleaf quam ad defensionem fuit denuntiatum, vel cum eorum non haberet facultatem, evictis, quanti interest, eos conveniri posse, rationis est.] Ratio est, quia Permutatio est similiis emptioni, quia, ut iuprā vidimus, præcessit, antequam esset pecunia.

Deinde locus est, si resalena detur in locum. 1. C. de festivis & interlocutionibus omnium judic. ibi. [Si mota quātione, præmissa denuntiatione ei qui auctor fuit, judicatum processit: quanti tuā interest, empti, siemisti, vel ob debitum reddidum, si in solutum data est, reperire non prohiberis.] Idecum quovis contractu onerolo procedit.

Tertiō, de Evolutione tenetur, qui sem alienam dat in dotem. 1. 1. C. de Iure dot. [Evicta re qua fuerat in dotem data, si pollicitatio vel promissio fuit interposita, gener contra factum, vel mulierem, seu hæredes eorum, conditione, vel ex stipulatione agere potest.]

Quarto, locum habet in hereditate vel rerum Societatis Divisione; in qua tamen illud singulare est, quod licet ea catergoquin cum permutatione vel emptione similitudinem habeat, in divisione tamen, re evictā non teneatur dividens ad interesse, sed solammodo ad ipsum rei pretium pro virili parte refundendū: arg. legis 14. C. fam. evīc. [Si familia Exciseunda iudicio, quo bona paterna inter te, & fratrem tuum æquo iure divisa sunt, nihil super evictione rerum singulis adjudicatarum specialiter inter vos convenit, id est, ut unusquisque eventum rei suscipiat, recte possessioñis evictæ detrimentum fratrem & coheredem tuum pro parte agnoscere prius provinciæ per actionem praescriptis verbis compellat.] Ratione discriminis inter Divisionem & Empcionem reddit Arnoldus Rath th. 69. quia vendor rei alienae emptorem decipit, non item rem coheredi vel Socio ex divisione tradens, utpote cuius non ma-

jor culpa dici possit, quām ipsius aceipientis, adeoque res censeatur communi culpā evicta esse: nihil itaque est, cur dividenti, & extra culpm existenti, ejusmodi saltē extrinsecum interesse impatur, nisi fortè res evicta sit non facto sive defectu Iuris ipsius defuncti, sed proprio facto, sive culpā ipsius dividientis sive rem ex ipsa divisione alteri tradentis, v. g. si communem fundum antea pro parte sua obligaverit, & nullam huius obligationis mentionem fecerit in divisione; vel in causa evictione per malitiam, aut negligētiā non ediderit sua instrumenta, quibus ad eum repelle posuerit, qua habentrum in l. 7. C. communi divid. tum in l. 24. C. de fidicommissis, sed hæc alio spectant. Quinto, locum habet in Transactione, nempe si alienum datum est, ut adversarius à litigio deductus, v. g. dediit Tito tecum contendenti de predio, fundū, ut deductus à lite, & prædium tibi liberum relinquit: si fundū evictatur, tenebris de Evolutione, quia fundū cum litis dubiæ cœlione commutatū. Non tamen econtra Titius tibi tenebitur de evictione prædicti, in modo nec fundū reddere tenebitur, quia prædium tibi non dedit, nec pro fundo commutavit. arg. l. 33. C. de Transact. [Si pro fundo prædictum certis finibus liberum ab transactionis causa placuit, licet hoc prædium obligatum post, vel alienum pro parte fuerit probatum, iniurianti decisam litigem prohibet Iuris.]

Sexto, locus est actioni de evictione contraria, qui rem frugiferam vendidit, in qua ususfructus evincitur. l. 49. ff. de Evīt. Si Emptore ususfructus petatur: perinde est venditori denuntiare debet, arius ē a quo pars petitur. De aliis Servitutibus evictis distinguunt DD. inter Venditare scientem, rem esse servitui obnoxiam, & nescientem: prior tenetur de evictione etiam quodam interesse, posterior, solum ad id, quo minus empta fuisset res, si libera fuisset. Colligit ex lege 75. ff. eod. [Quod ad servitutes prædictorum attinet, si facit fecutus sunt, & vindicentur ab alio. Quintus Mutius & Sabinus existimant venditorem ob evolutionem teneri non posse: nec enim evolutionis nomina quāquam tenet in eō Iure, quod tacitē soleat accedere, nisi, ut optimus maximusque est, traditus fuerit fundū: tunc enim liberum ab omni servitute præfundū: si vero emptor petat viam, vel actum, venditorem teneti non posse, nisi nominatum dixerit, accessorum iter, vel actum.]

116. Denique quodam Donationem Rei alienae, an donans teneatur de evictione, communis DD. sententia distinguunt, ut in compendio refert (nec hic pluribus disputatione necesse est, cum huc non pertineat) P. VVadimus. Si Donator expresse promisit præstatre evictiōnem, tenetur: item si promisit donare, & non donavit, teneatur de evictione, quia promisit se curatū, ut res fieret alterius. Quando vero donavit simul &

tradidit,

Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

43  
jor culpa dici possit, quām ipsius aceipientis, adeoque res censeatur communi culpā evicta esse: nihil itaque est, cur dividenti, & extra culpm existenti, ejusmodi saltē extrinsecum interesse impatur, nisi fortè res evicta sit non facto sive defectu Iuris ipsius defuncti, sed proprio facto, sive culpā ipsius dividientis sive rem ex ipsa divisione alteri tradentis, v. g. si communem fundum antea pro parte sua obligaverit, & nullam huius obligationis mentionem fecerit in divisione; vel in causa evictione per malitiam, aut negligētiā non ediderit sua instrumenta, quibus ad eum repelle posuerit, qua habentrum in l. 7. C. communi divid. tum in l. 24. C. de fidicommissis, sed hæc alio spectant.

Quinto, locum habet in Transactione, nempe si alienum datum est, ut adversarius à litigio deductus, v. g. dediit Tito tecum contendenti de predio, fundū, ut deductus à lite, & prædium tibi liberum relinquit: si fundū evictatur, tenebris de Evolutione, quia fundū cum litis dubiæ cœlione commutatū. Non tamen econtra Titius tibi tenebitur de evictione prædicti, in modo nec fundū reddere tenebitur, quia prædium tibi non dedit, nec pro fundo commutavit. arg. l. 33. C. de Transact. [Si pro fundo prædictum certis finibus liberum ab transactionis causa placuit, licet hoc prædium obligatum post, vel alienum pro parte fuerit probatum, iniurianti decisam litigem prohibet Iuris.]

Sexto, locus est actioni de evictione contraria, qui rem frugiferam vendidit, in qua ususfructus evincitur. l. 49. ff. de Evīt. Si Emptore ususfructus petatur: perinde est venditori denuntiare debet, arius ē a quo pars petitur. De aliis Servitutibus evictis distinguunt DD. inter Venditare scientem, rem esse servitui obnoxiam, & nescientem: prior tenetur de evictione etiam quodam interesse, posterior, solum ad id, quo minus empta fuisset res, si libera fuisset. Colligit ex lege 75. ff. eod. [Quod ad servitutes prædictorum attinet, si facit fecutus sunt, & vindicentur ab alio. Quintus Mutius & Sabinus existimant venditorem ob evolutionem teneri non posse: nec enim evolutionis nomina quāquam tenet in eo Iure, quod tacitē soleat accedere, nisi, ut optimus maximusque est, traditus fuerit fundū: tunc enim liberum ab omni servitute præfundū: si vero emptor petat viam, vel actum, venditorem teneti non posse, nisi nominatum dixerit, accessorum iter, vel actum.]

116. Denique quodam Donationem Rei alienae, an donans teneatur de evictione, communis DD. sententia distinguunt, ut in compendio refert (nec hic pluribus disputatione necesse est, cum huc non pertineat) P. VVadimus. Si Donator expresse promisit præstatre evictiōnem, tenetur: item si promisit donare, & non donavit, teneatur de evictione, quia promisit se curatū, ut res fieret alterius. Quando vero donavit simul &

F 2

tradidit, non tenetur de evictione, si tamen sciret rem esse alienam, tunc tenetur actione de dolo. Quare non tenetur de evictione, ratio est, quia si contractus mere lucrativus, nec decet liberalitatem donantis odiosis illis oneribus gravari.

Hæc ratio semper mihi visa est etiam probare de eo qui donare promisit. Non allegor enim, quare iste teneatur de evictione, antequam rem promissam tradat, & actu donec, & ab hac obligacione liberetur postquam actu tradidit nam & illa promissio est mera liberalitas, & metu proflamur solūm sub tacita condicione promittere. Si res sit ipsius. & ita sententiam etiam cum aliis P. Molina quos referunt & sequitur Palao p. 28. §. 1. n. 10. & facet lex 18. (quam adversarii pro se male citant) §. 3. ff. de donationib. ubi dicitur. [Labeo ait, si quis mihi rem alienam donaverit, inque eum sumpus magnos fecero, & sic evincatur, nullam mihi actionem contra donatorem competere: planè de dolo posse me aduersus eum habere actionem, si dolo facta.]

Omnium autem maximè & frequentissimè locum habet actio de evictione in contractu emptionis, & ideo de ea hoc loco specialiter tractatur.

## S. II.

*Ad quid Actio empti ex causa Evictionis competat, & tendat.*

117. **S**unt autem duo evictionis capita: unum ad rem defendandam, id est, ut Venditor emptorem instruat, liti assistat, & probationes adferat. Alterum ad id quod interest. Ex priori capite agi potest ante sententiam, sed non nisi post litem motam. Ex posteriori, non nisi post sententiam re evictâ, actione Empti ex causa evictionis. Nam si ex aliis causis paulò ante enumeratis evictio præstanda est, dantur actiones pro illis causis constituta, v.g. si ex permutatione. *A ctio præcipitis verbis.* de actione Empti existant plures leges. *C. de Evictionibus.* l. 6. dicitur eam dari, etiam si eam venditor non specialiter promiserit. Non dubitatur, est specialiter venditore evictionem non promiserit, re evictâ ex emplo competere actionem.

Tendit hæc actio primò ad repetendum pretium, si solutum fuit, quo res inter contrahentes fuit estimata, ita neque secuti augmenti, neque decrementi illa ratio habeatur, solumque consideretur status qui ex tempore contractus, & appetatio tunc facta, sive ea fuerit iusta, & equalis sive non. l. 13. ff. h. t. [Bonitatis astimationem faciendam, cum pars evincitur, Proculus recte putabat, quæ sufficit venditionis tempore, non cum evinceretur.]

Ulterius haec actione petitur interesse particulae, quanti Empotoris præter expostum pre-

tium interest, rem evictam non fuisse; & hoc utpote incertum & ex variis eveniibus pendens, recipit argumentum & diminutionem. Quandoguonim pluris, quandoque minoris, quandoque nihil ultra pretium interest. Ex hoc capite tenetur Venditor ad omnes accessiones rei, & quandoque per occasionem rei vendita obvenire potuerint, quibus empor carere cogitur ob evictionem: huc pertinente fructus agrorum, fructus animalium, partus ancillarum, accessiones per alluvionem, usfructus, si forte per confolidationem reddit ad emptorem proprietas: item si quæ per servum emptum adhuc obtinere potuerint. l. 8. ff. eod. [Venditor hominis emptori præstare debet, quanti ejus interest, hominem venditoris fuisse: quare live patrum ancille, live hæreditas, quam servus iussu emptoris adierit, evicta fuerit, agi ex emplo potest: & cui obligatus est venditor, ut præster, licere habent hominem, quem vendidit, ita ea quoque que per eum acquiri potuerunt, præstare debet emptor, ut habeat.]

Quod non possit agere actione empti ex causa evictionis ante sententiam latam, & quæ transierit in rem judicaram, habetur l. 3. C. h. t. [Qui rem emit & post possidet, quandiu evicta non est, auctorem suum propretate quod aliena, vel obligata res dicatur, convenire non potest.] & l. 17. cod. [Si cum quistio tibi super eo, quem comparaveras, moveretur, auctorem tuum certum fecisti, nec circa iudicis disputationem eum quem emeras, tradidisti: Praes Provincia in damnum que te tolerasse meministi, medelam liris adhibebit.]

118. **Q**UÆRITUR 1. An Venditor conveniens possit ad solvendum interesse, quantumcumque illud sit, & non solu de praefacti, sed etiam de futuro. R. De hoc ex parte legem unicam. *C. de sent. que pro eo quod interest, præsumuntur.* ibi. [Sancimus itaque in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel numerum, veluti in venditionibus & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod interest, dupli quantitatem minime excedere.] Itaque, quia nimis durum esset, & innumeris litibus ansa præberetur, si nihil certi constitueretur circa interesse, quandoquidem in futurum possent semper evenire quædam, ex quibus puaret emptor de damnis capere, quod res fuerit evicta, conveniens erat, aliquid certi determinare, nempe, ut interesse nunquam excederet duplum pretii expositi, cui ipsum pretium velut simpliciter inest. Explicat Arnoldus Rath th. 70. in exemplo. si tibi, ex: gr. aliquot modios frumenti, & singulos quidem decem florensis, vendidi, postmodum verò cum fruges pruinâ, vel gelo petiſſim, valor cujusque modii ad 30. vel 40. florenos excravisset, ipsum frumentum venditum evincatur, non poterit emptor ex utroque capite actionis empti,

empti, adeoque tam pro exposto pretio, quām ratione eius quod interest, rem non fuisse evictam, plus consequi, quām duplum, hoc est 20. florenos pro quoqvis modio frumenti postmodum evicti. Ratio duplex est. Prima, quād non sit æquum, venditori proper certam rem venditam bonâ fide, aut in stipulationem deducam plus damni inferri, quām sit res ipsa, ne accessorum excedat suum principale: arg. §. 5. *Inst. de Fidei & foribus.* ibi. Nec plus in accionem potest esse, quām in principali. Altera ratio ex eo desumitur, quād non sit verisimile, cogitari fuisse à venditore de majori quantitate, vel periculum in se recipere, quām sit ipsum rei pretium. l. 43. in f. ff. de actionib. empti. ubi hæc ratio ponitur. [Planū si in tantum pretium excessibile proposa, ut non sit cogitatum de tanta summa à venditore: veluti si ponas agitatore postea factum, vel pantomimum evictum esse eum, qui minimō venit pretio, iniquum videtur, in magnam quantitatē obligari venditorem.]

119. **Q**UÆRITUR 2. An insuper Emptori teneatur venditor ad refundendos sumpus litis ab Emptore factos. *u. Affirmative.* Ratio est, quia Emptor supponit uagare ex mandato venditoris: ergo censeat venditor ipso facto se obligare ad judicandum solvendum, & ad expensas; quæ obligatio est à principali distincta, consurgens ex quasi contractu live negotio per litis contestationem inducto. l. 3. §. 11. ff. de peculio, ubi dicitur. [Judicati quoque patrem de peculio actione teneri, quod Marcellus putat, etiam ejus actionis nomine, ex qua non potuit patre de peculio actionem pati, nam sicut in stipulatione contrahit cum filio, ita iudicio contrahi.] Et quidem Iure Bavatico ita constitutum est. L. R. tit. 8. a. 1. inf. & ar. 4. Hinc tamen

120. **Q**UÆRITUR 3. An hoc procedat, & venditor ad expensas litis teneatur, si conventus Emptor non succubuerit, sed vicerit, sed actor non fuit in expensas condemnatus. Negativam tenet Baldus in §. 5. *C. de Evictionib.* Cujacius ad legem Venditores ff. de V. O. Donellus in leg. 18. *C. de Evict.* Alii tamen distinguunt. Nam si Actor habuit iuslum causam litigandi, eaque ex Venditoris persona processit, tunc volunt, Venditorem teneri, fecus negant. Ita Bart. Gomez, Cabell. quos referat & sequuntur Arn. Rath th. 72. & pluribus citatis Fachineus lib. 2. c. 38. & mihi etiam placet. Probarunt pri-mò. Venditor tenetur ad hoc, ut Emptori per quæcumque habere licet, ut supra dictum. Atqui in hac obligatione venient sumpus litis. l. 38. §. 4. ff. de V. O. ibi. quatenus habere licet, si nemo controversiam faciat. Probarunt. 2. Venditor tenetur emptorem defendere, hoc est, omnia facere, quæ facturas erat in die Dominus, et contabat ex dicendis. ergo est obligatus ad factum, quo non impleto testatur ad interesse, in

quo venient expensæ litis. Probatur. 3. Si emptor causâ cadet, & sine culpa (ut fieri posset), quando actor habet apparentem causam litigandi, cui causam dedit venditor,) tunc Venditor non solùm teneatur ad expensas, sed etiam ad pretium, & aliud interesse, ut dictum est superius. Ergo si emptor vincat, non potest venditor conqueri, quād saltē ad expensas litis teneatur. Et hanc sententiam amplectitur Ius Bav. l. R. tit. 8. a. 4.

121. Objiciunt adversarii 1. ex lege 18. *C. de Evictionibus.* ubi cùm de servo vendito quæstio esset, & judicatum, esse servum & non liberum, pronuntiatur: *Quod si fuisse seruum sententia declaraverit, intelligi, re ad venditorem reveri non posse.* In hoc textu, inquit, non potest esse sermo de ipso servo vendito, quod non possit agere contra venditorem, quandoquidem servus non est illi per actorem ablatus. ergo sermo est, de expensis, quād eas non possit repetrere à venditore. Respondit Fachineus, sententia legis esse, Emptorem non posse agere de evictione ipsius servi venditi, & non evicti, nec ex nomine amplius posse ad venditorem reverti. Quod autem hic sensus non arguit. Dispositionem ridiculam, quasi loqueretur de non dubitabili, idem auctor sic declarat. Nam olim ita constitutum erat, ut cùm statu quicunque moratur, certis solennitatisibus adhibitus libertatis aut servitutis assertor decerneretur: qua solennia sustulit Imperator Iustinianus in l. 1. *C. de Assertione tollenda.* Solebat autem etiam post sententiam latam iterum causa examinari, usque ad tertiam vicem, quod etiam Iustinianus emendavit. Itaque in dicta lege 18. decernunt Diocletianus & Maximianus, ut siquidem pro libertate sententia late fuerit, emptor serui de evictione agere possit, quamvis causa iterum ad examen Vocari possit. Si vero pro servitu, non possit ad venditorem reverti, licet causa iterum examinari possit: & hæc erat causa dubitandi, quam suslulerunt dicti Imperatores; de sumpbus autem nihil statuerunt. Itaque dictere voluerunt, quād Emptor non possit de evictione agere, ob periculum, ne forte in secunda aut tercia sententia condemnaretur, & pro libertate hominis empti pronuntiaretur, sed his exitus sit expectandus.

Objiciunt 2. Hoc dilemma. Aut Emptoris adversarii qui litem movit, ab expensis litis absoluto fuit per imprudentiam Iudicis, & tunc certi furiis est, venditorem non teneri, quia ne quidem teneatur de evictione, (ut infra dicetur) vel absoluto est, quia habuit probabilem litigandi causam: atqui hæc causa est nova, que post venditionem emerit. ergo venditor non teneatur. 3. Negant subsumptum: procedit eam Concluio de causa litigandi, quæ à Venditore processit: qui cum sit obligatus emptorem defendere, ut rem emptam uno concerto verba habeat

habere possit, tenetur ad omnes id praestandum quod emptor haberet, si nulla controversia illius mota fuisset.

Objiciunt 3. Sublato principali tollitur accessorium: atque obligatio refundendi sumptus est accessorium evictionis: ergo cessante evictione celat obligatio refundendi sumptus. *q.e.d.* Negando minorem: non enim est accessorium Evictionis, sed obligationi de defendendo rem venditam, qua subest, etiam quando adversarius non evincit, dummodo controversiam moverit, cuius venditor causa fuit, unde obligatio Emptorem defendere, & per consequentes omnes expensas, non solum ad item instruendam necessarias, sed & quascunque alias sine culpa factas, & ab ipso venditore faciendas refundere.

### §. III.

*De Obligatione Empotoris laudandi Authorum, mota controversia.*

#### S U M M A R I U M.

*E*mptor tenetur ad laudandum auctorem. 122. *Quid si venditor aliunde jam sciat, item esse motam.* 123. *Qui tenetur ad aliquid faciendum, non constitutur in mora, nisi fuerit interpellatus.* *cod.* *An Denuntiatio sit inferenda copia libelli actoris.* 124. *Quonodo facienda sit Denuntiatio.* 125. *Quid si constet, rem esse alienam, an adhuc denuntiandum.* *cod.* *Si fideiussor acceptus, an illi denuntiandum.* 126. *Quo tempore facienda sit denuntiatio.* 127. *An facta denuntiatio possit emptori ab omni defensione desistere.* 128. *An venditor debeat causam prosequi apud iudicem emptoris apud quem lis mota est.* 129.

122. *V*T Emptori competit actio ex causa Evictionis, requiritur, ut auctorem, id est, Venditorem laudaverit (ut Veteres loqui solebant) id est, tempestivè illi denuntiaverit, item superre vendita motam esse, ut Venditor sua obligationi satisfaciat defendendo emptorem. *l. 55. §. 1. ff. b. t.* [Præsent autem Venditori denuntiandum est. Clarius *l. 8. cod.* Emptori fundi, nisi auctor aut hæredi ejus denuntiaverit: evictio prædictio neque ex stipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra venditorem vel fideiussorem ejus habet. & *l. 9.* Si controversia tibi possessionis, quam bonâ fide te emisse allegas, ab aliquo moveatur: auctor hæredive ejus denuntia: & si quidem obtinueris, habebis quod emisti. Sin autem evictum fuerit; à venditore, successore ejus consequeris quantu mota interest. In quo continetur etiam eorum perse-

cutio, qua, in rem emptam à te, ut melius fieri erogata fuit. *l. 17. eod.* Si cum quidam tibi super eo, quem comparaveras, moveatur, auctorem tuum certum fecisti, nec circa judicis disceptationem eum quem emeras, tradidisti, præfæ provincia in damnis, qua te tolerasse meministi, medelam luris adhibebit.] Quæ leges præ oculis habende funt pro resolutione sequentis quætionis.

*Ratio*, cur haec denuntiatio requiratur, redditum quidem communiter ex eo, quod alioquin non possit venditor defendere Emptorem. Verum, isto hac ratio clara procedat, quando Venditor ignorans est litis motu: quia tamen est gravis controversia, an sit necessaria tamquam solemnitas subtilitatis, ita ut etiam scientie venditore requiratur, ideo pro hoc casu alia ratio querenda erit. Itaque

123. QUÆRITUR 1. Si Venditor aliunde jam sciat item esse motam, & Emptor omittat denuntiari, quia judicat esse superfluum & otiosum, eo quod certus de re amplius certificari non debeat, an adhuc venditor de Evictione tenetur. Affirmat Baldus ad *l. 1. C. de peric.* *C. commode rel. vend.* & quidam alii, quos ex Theologis sequitur VVadingus.

Contra sententiam eti apud Iureconsultos communissima, & Iuri scripto conformis, & vix credo, quod prior sententia in Iudicio sit unquam obtentua. Eam tenet Fachineus *l. 2. c. 35.* prope finem, & Arnoldus Rath *th. 73.* catena eam potius supponit.

Probatur. Quandoquidem leges tam aperte denuntiationem requirunt, ut vidimus, dicantque, actionem non competere, nisi illa praecferret, deberent a veritati exceptionem casus, quo venditor jam aliunde locit item esse motam, vel aliquâ lege, vel efficaci ratione probare: atque neutrum praefat, ut patetbulletum objectionum. Ergo non est casus iste excipiendus: præterea cum subtil ratio, quare nec iste casus excipiendus fuit, ut dicimus.

Argumentantur aliqui ex *l. 13. §. 6. & l. 43. ff. de actionib. emp.* Sed ha leges nihil penitus ad rem faciunt, quia aliquid non docent, quām quod venditor nihil dolo facere debat. Negant autem, dolo cum agere, si emptorem non defendat, quid item motam non denuntiavit. His ergo legibus merito negleguntur.

P. VVadingus probat ratione. Denuntiatio tantum facienda est, ut venditor sciat, item esse motam emptori: atque illi regula Iuris in *6.* Qui certus est, amplius certificari minimè debet. Ergo si venditor aliunde est certus, quare debet certiorari per emptorem? Deinde quid opus est interpellatione, quando ipse contractus instar diei interpellat? etiam si enim in præsenti non sit assignatus certus dies, qui necessario venturus sit: est tamen dies ex voluntate contrahentium determinatus, nempe dies motæ lis: promittit enim

### Contr. XV. De Evictionis Iure.

non solum in specie ibi posita, sed generaliter observanda, ut libelli & citationis tenor intimatio, nisi inferatur: & ratio est, ut venditor cognoscere possit, quid sibi expediat, an contendere velit, v.g. ob periculum condemnationis in expensas, necne. Quæ ratio me magis moveret, quam tex-tus illius Clementina, nam in ea per parenthesin inferitur. ( si petita fuerint. ) nibilominus in fine videtur hoc exigit, dum dicitur. [ Nisi ad appetitum ejus plena & certa notitia intra tempus predictum alter pervenisset. Idem quoque in alius causis observari volumus, in quibus requiruntur intimatio facienda.]

125. QUÆRITUR 2. Quomodo facienda sit haec denuntiatio. *q.e.d.* Si fieri potest, est immediata facienda Venditori prætenti, si minus, ad ejus dominum conscius viciniis. Quodlibet Venditor se dolo subducere, & de hoc constaret, emptor ab obligatione liber esset. *l. 15. §. 5. ff. b. t.* Simili modo tenetur, qui curavit, ne sibi denuntiatio possit. Mortuo Venditore, denuntiatio facienda est hæredibus, & quidem omnibus. *l. 8. §. 5. ff. de V.O. ibi.* [ Nam anterior hæredes in solidum denuntiandi sunt, omnesque debent subsistere, & quolibet fugientis omnes tenebuntur, sed unicuique pro parte hereditaria præstatio injungitur.]

QUÆRITUR 4. Si constet, nullus tergiversatione posse Venditorem defendere, aut celare, se rem alienam vendidisse, an emptor excusat ab obligatione denuntiandi. Affirmat Molina, dicens id aptè colligi ex *l. 1. pr. ff. de actionib. emp.* ubi dicitur: quia manifestum fuit, noxium serum suffit, nibilominus vel ex stipulatu, vel ex empti agere posse. In praxi tamen credo, non faciliter posse contingere, ut non consultius & secutius sit denuntiatio.

126. QUÆRITUR 5. Si Fideiussor accedit, an illi denuntiandum sit, quando dies interpellat pro emptore, id jam ab ipsomet Authoro solutum satius est. Et in super illis legibus opponuntur aliae leges, quibus assertur, eum qui reneatur ad aliquid faciendum, in mora non constitui, nisi fuerit interpellatus. *l. 32. ff. de V.O. 12. c. 34. ad 2. questum.* *Aura fieri intelligitur, non ex re, sed ex persona, id est, si interpellatus opportuno loco non solverit.* *l. 12. cod.* [ Si ex legati causa, aut ex stipulati hominem certum mihi debeat, non aliter post mortem ejus tenearis, quām si per te telerit, quo minus vivo eo eum mihi dates, quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum.]

124. QUÆRITUR 2. An denuntiatio sit inferenda copia libelli actoris, & si quid aliud actu est cum Emptore. Negant Gomez & Molina *d. 30. §. deinde venditor.* Communior tamen & veterior sententia affirmit, quam alius relatis tenet Fachineus *l. 2. c. 34. ad 2. questum.* & Castro Palao *§. 3. n. 3.* Probatur ex Clementina *Causam §. ult. de Elec.* ubi ponitur forma denuntiationum ac intimationum faciendarum,

fieri

fieri in causa appellationis, dummodo res sit integra.

128. QUÆRITUR 7. An factâ denuntiatione possit emptor ab omni defensione desistere. *¶* Si venditor in se recipit defensionem, posse desistere, quia venditor potest solus velle defendere. Si vero non recepit, nec etiam declaravit, nolle se causam defendi, tunc Emptor ad defendantum meliore modo & bonâ fide tenetur, aliquoquin censebitur res illius culpâ evicta, & sic Venditor de Evictione non tenetur. arg. l. i. C. de periculo & commode rei vend. ibi. Et non absente empore contra eum pronuntiatum est: ergo si eo absente prouinciatetur, non tenetur de Evictione.

129. QUÆRITUR 8. An Venditor debeat causam prosequi apud Iudicem Empotoris apud quem lis mota est, vel posset ad suum proprium Iudicem (si forte privilegium exemptum est, v. g. est Clericus) causam deferre. Affirmantur aliqui, inter quos Durandus in suo speculo. Sed communior sententia negat posse Venditorem declinare forum Empotoris. Ratio est, quia ipse non est principaliter convenitus, sed furis dispositione suscipit partes Empotoris. Ita innumeris relatis Facheinus c. 37. Probatur ex lege 49. ff. de Iudiciis. [Venditor ab Empatore denuntiatus, ut cum evictionis nomine defenseret, dicit se privilegium habere sui Iudicis. Quaritur, an possit litem ab eo Iudice apud quem res inter pretitorem cepta est, ad suum Iudicem revocare. Paulus respondit, venditorem Empotoris Iudicem sequi solere.] Item l. i. C. Vbi in Rem actio exerceri debet. [Nam si denuntiâli ei, qui tibi vendidit, intelligis evictionis illi periculum imminentem. Nec enim NB. Iurisdictionis forma in eadem Provincia constituit, tam pétitore, quam possessor, ob auctoris personam, quem in alia Provincia dicis consilere, debet immutari.] Neque obstat privilegium fori quo gaudet Clericus. Nam in casu nostro reus convenitus est Laicus: quod si ad ejus defensionem Clericus accedit, non potest propriæ actoris causam deteriorem facere. Iple quidem Clericus evictionis nomine ab empore apud Ecclesiasticum Iudicem convenientius est, sed ut possit etiam causam inter alias Laicos inchoatam ad forum suum Ecclesiasticum trahere, neque lege probatur, nec ratione evictus potest, inquit citatus Auctor.



## §. IV.

*Quibus casibus Venditor non teneatur de Evictione.*

## SUMMARIUM.

Primus casus, quo non teneatur Venditor de Evictione, est ex conventione. 330.

An tunc saltem premium tenetur refundere. eod.

Quid si Empor seivit rei esse alienam, & non est plus eius de evictione. 202.

Intellectus legis 27. C. de Evict. eod.

Secundus casus, si culpa Iudicis res evicta est. 131.

Tertius casus, quando res evicta culpa emporis. 132.

Quibus modis possit eismodi culpa intervenire. eod.

Si Empor intermitat appellare, an amittat Ius evictionis. 133.

Quid si res evicta sententia arbitrii ab empore electa. eod.

Quartus casus, si empator ex mandato Principis rem alteri tradere cogitur. 134.

Quid si res Iure speciali v. g. Retractus evicta. eod.

Quid si restitutione in integrum. eod.

Quintus casus, quando empator sicut res efficiat alienam. 135.

Sextus, si empator per vim expellatur à rei empta possessione. 136.

Septimus, si empator neglexit Ius Iucaponem. 137.

Octavus, si heres consefco inventario rem hereditariae pro solutione aris hereditariorum alieni vendidit non tenetur de evictione. 138.

Nonus, si creditor rem pignoris Iure distractus, ne quidem ad pretium evictionis tenetur. 139.

Decimus, si fiscus rem alienam, vel alteri oppingitur tam vendidit. 140.

Vnde inquit: si quis vendidit nomen seu debitum, & debitor non est solvendo. 141.

Præter casum omissæ denuntiationis ali casus sunt, in quibus Venditor ex causa Evictionis facta convenerit non potest.

130. Primus casus est, si convenit inter Contrahentes, ut Venditor de Evictione non tenetur, bene tamen ad refundendum pretium, nisi etiam de hoc aliter expressè convenisse. l. i. §. 18. ff. de act. empi. ibi. [Idem esse dicendum, & si aperte in venditione comprehendatur, nihil de evictionis nomine præstabiliti, nisi pretium quidem debeti re evictâ, utilitatem non debet: neque enim bona fide contractus habeat conventionem, ut empator rem amitteret, & pretium venditor retinet: nisi forte, si quis omnes istas suprà scriptas conventiones acciper, &c.] Ex quibus ramen verbis, & ex aliis Iuribus colligitur, & dicendum omnino est, quod si venditor probabiliter timens periculum evictionis, non monuissest de hoc periculo Empotorum, ob dolum comissum in pacto tenetur ad omniam damnam subsecuta.

Existit.

## Contr. XV. De Evictionis Iure.

49

Existimant aliqui Interpretates, quod Venditor ne quidem pretium refundere teneretur, si in specie & non in genere pacis esset, quod polit teneri de Evictione, v. g. si dicaret. Nolo teneri de Evictione si Petrus evincat. vel: si res oblatam causam evincatur? Rationem dant, quia empator potest tunc in particulari examinare Ius illius qui nominatus est: ergo si non examinavit, sibi imputet, si tunc nec pretium receptum est. Hanc sententiam dicit P. VVadingus esse communem omnium, excepto Covar: & Molina. Verum & illi contradicunt, nempe Cavalinus de Evict. §. 5. Ant. Rabius, quos referunt sequitur Facheinus. 39. Palao n. 4. quia in relatio verbis generaliter statuitur pretium esse restituendum: & quia per tale pacum non immutatur natura contractus bona fidei, qui non patitur hanc conditionem (id est, non presumitur talis animus fuisse contrahentium) ut empator rem amitteret, & Venditor preiūm retenret. Vnde non immitterit P. Molina contrarium sententiam dixit esse ridiculam, & contra conscientiam.

Objiciunt tamen pro le adversarii. l. 69. ff. de Evict. ubi dicunt: [Qui libertatis causam excepit in Venditione, sive jam tunc, cum tradiceretur, liber homo fuerit, sive conditio, que testamento fuerit implata, ad libertatem pervenerit, non tenebitur evictionis nomine.] Sed quid hoc ad propinquum? nihil hic dicitur, quod non teneatur ad pretium, sile non teneatur de Evictione: hoc enim est longe plus, ut vidimus, & lex a nobis citata expresse ait, quod pactum de evictione non prestanta non excludat obligationem ad reddendum pretium.

Est etiam alia communis multorum sententia, & ideo probabilis, quod quando empator sciens emit rem alienam, & non expresse de evictione praestanda stipulata fuerit, etiam pretium amittat. Ita Abbas Panormi: in c. ad abundantiam, de reb. Eccl. alien. & alii. Ceterum contrarium opinionem defendit Cabal: & Tiraquellus, quos refutat, P. VVadingus. Et revera textus est satis apertus in l. i. §. 4. C. communia de legatis. [Emptor autem sciens rei gravamen, adversus venditorem actionem habet NB. tantum ad restitutionem pretii, neque dupla stipulazione, neque melioratione locum habente: cum sufficiat ei saltem pro pretio quod sciens dedit pro aliena re sibi satisficerit.]

Objiciunt tamen legem non minus claram 17. ejusd. Codicis de evict. [Si fundus sciens alienum vel obligatum comparavit Athenocles, neque quidquam de evictione convenit, quod eo nomine dedit, contra Iuris poscit rationem.] Quia lex ne contrarieatur legi 3. §. 4. citata, sic conciliatur a glossa cum communia sententia, nempe hanc legem 3. loqui de casu speciali ultima voluntatis, ut patet ex sequentibus verbi Christi. Haun. de Just. Tom. IV.

G

nam,

## Tractatus X. Caput I.

50

nam, aut alteri oppignoratum, nec de molesta facti tenetur, nisi aperte conventione se se ad eam prestandam oblinixerit. Et habetur causus notabilis in lege fin. C. de act. empti. [Expulsos vos de fundo per violentiam à Neroni, quem habere Ius in eo negatis, profientes: nullam vobis adversus eum, ex cuius venditione fundum possidetis, actionem competere probatus.]

Ex his inferendum esse existimo, quod si Index bene iudicari secundum allegata & probata, tamet' Venditor in foro externo tenetur de Evictione, imò & in conscientia teneretur se sententia exterioris conformata, ut dicitur suo loco de Iudicis] si tamen certam notitiam privatam haberet, quod telles v. g. fuerint corrupti & subornati, ac proinde sententia Iudicis si materialiter iusta, posset occultauit compensatione. & hoc deducitur ex dictis 10. i. nr. 2. de occulta compensatione.

332. Tertius casus est, quando res evin- citur culpa ipsius Empotoris. Ita generaliter colligitur argumento à contrario sensu ex lege 1. C. de Rer. permitt. ibi. idque quod comparatur, non infuria judicis, nec patris sui culpa evictum est, ad exemplum ex emplo actionis, non immixtum id quod tua interesset, &c.

Potest autem huiusmodi culpa variis modis intervenire. 1. Si suā culpā ex possesso factus actor in ea re vicius est, quam potuisse possidendo retinere adversus eum qui illi movit litem, nec tamen habeat dominium, nec rem sibi obligatum. 2. 29. §. 1. ff. de Evolutionib. [Si duplo stipulator ex possesso peccator factus, & vicius sit, quam rem si possideret, retinere potuerit, peti autem utilitas non poterit, vel ipso sumptuoso duplex (id est Venditor) tutus erit, vel certe dolii mali exceptione se tueri poterit, sed ita, si culpa vel sponte duplo stipulator possesso antilla fuerit.] Vbi nota, quod antiquitus se pote solebat fieri stipulatio, quā empōrī stipulabatur, sibi duplum solvendum, si res evincetur: non est tamen hujusmodi stipulatio hodie in uso.

Secundū, si Venditor adiutorum empōrem, ut ob probationem difficultatem facilius iudicio agat, puta Publicianā, aut eā actione que de fundo vectigili propulsori est, & empōrī id negligens vicius fuerit. L. 66. pr. ff. de evolutionib. [Si cum venditor adiutorum est empōrem, ut Publicianā potius, vel eā actione que de fundo vectigili (seu Emphyteutico) propulsori est, experiretur, empōrī id saepe supercederit, omnimodo nocebit ei dolus suus, nec committitur stipulatio.]

Tertiū, si Empōr ob contumaciam suam condemnatur. L. 14. §. 1. ff. de appellis, ubi causa continetur, quia ejusmodi res iudicata non habetur pro veritate adversus venditorem ipsum, qui nullam contumaciam commisit. ibi. Non

habet rei indicare auctoritatem, nisi adversus eum solution, qui adesse neglexerit. Vnde Empōr in talis causa potius proper negligenter aut malitiam suam vicius esse censembar, quam ob iniqua causa merita. L. 55. ff. de Evīt. [Si deo contra Empōrem iudicatum est, quod defuit, non committitur stipulatio, magis enim proper absentia vicius videatur, quam quod malum causum habuit. Quod tamen ita intelligendum videtur, si contumacia nocuit: nam si probari posset, ex clara auctōris causa aquae se fuisse condemnandum si praelites fuisset, ex aequo, & bono ad consequendum interesse illa actio accommodaretur arg. legis 11. ff. de act. empti. ibi. [Erfi ex stipulato ager, & live defendet noxali iudicio, live non, quia manifestum fuit noxiū /ervum fuisse, nihilominus vel ex stipulato, vel ex emplo agere posse. Et ita contra glōssam tener. Covart. L. 3. Varias. resol. c. 17. n. 6. & Arn. Rath. th. 76. n. 10.

Huc etiam periret quod habetur lege 27. ff. de evīt. v. g. Si Empōr auctōris iuramentum decūlisset, & iurasset. [Hoc jure ultimū, ut exceptiones ex persona Empōtis objecta, si obstante, venditor ei non teneatur: si vero ad personam venditoris respiciant, contra certe nec exemplo, nec ex stipulazione auctio competit empōri, si exceptio ei ex facto ipsius apponita obseruit.]

333. DUBITATUR, si Empōtior intermititat appellare, amittat Ius Evictionis. 2. Cum distinctione: si causa auctōris est manifesta, non tenetur appellare: quia iniquum est, scientia a sententia jura appellare. Si vero si sententia suspecta est iudicis imperitiam, aut malitiam, tenetur appellare. Quidam si causa dubia & ambigua, multi probabiliter arbitrantur, non teneri Empōtior appellare: quia presumptio sit pro sententia. Plures tamen adhuc obligant empōrem ad appellandum, quia constat presumpcionem pro sententia prima, instantia admittitur probatio in se, unde instantia, ubi poterit nova probatio pro empōtore adferri. Quod tamen intelligentum est, si venditor absit, dum fertur prima sententia, nec illi est intimata, arg. legis 65. §. 1. ff. de Evīt. [Gaius Seia fundum Lucio Tito emerat, & quatione mota scī, nomine auctōrem laudaverat, & evictione tecum fundus ablatus, & scī adjudicatus est venditor presenti, queritur, cum empti non provocaverat, an venditorem poterit convenire. Herennius respondit, siue quod aliens fuit, cum veniret, siue quod tunc obligatus evictus est, nihil proponi cur empōtici adversus venditorem actione non competat.]

Ad hunc casum etiam pertinet, ut evictionis iure empōr privetur, si res evicta sit per sententiam arbitrii in quem empōr, consentit. Hoc ipsis enim Empōtior voluntate, non iudicūt res evictur, & colliguntur lege 16. §. 1. ff. de Evolutionib. [Si compromisero, & con-

## Contr. XV. De Evictionis Iure.

51

tra me data fuerit sententia, nulla mihi actio de evictione danda est adversus venditorem, nullā enim necessitate cogente id feci.] Huc etiam potest referri septimus casus infra ponendus.

334. Quartus casus, quo venditor de Evictione non teneret, est, si empōr ex Principis mandato rem emptam alteri tradere compellitur, nec huic causam dedit Venditor. Ratio est, quia hoc ad casum fortuitum pertinet, in quo evictionem cessare jam superius probatum est.

Hinc Iustus Interpretes Regulam generalem conficiunt, ut tunc non teneatur Venditor, si res vendita non iure communi, sed quodam iure speciali evincatur, v. g. iure Retractū. Ratiōnem reddit Arnoldus Rath: imprimit quod eiusmodi evictione procedat quasi ex natura rei, sive speciali iure consanguinei concessio, ex quo cum empōr intelligere debuitur, consanguineum pretio evictionis oblatum ad rem evincendam admittendum est, sibi quodammodo imputare debet, quod nihilominus ad empionem proceperit. L. 5. in fine. ff. si certum petatur. ibi. Si aliquis iusta causa fuerit, proper quam intelligere debet, redire oportet. Ad exemplum illius, qui fundum alienum scīa comparavit, & ideo de evictione agere non potest, nisi ita exp̄reſſe convenerit. 4. 27. C. de Evīt. Si fundum scīa alienum, vel obligatum comparaverit Athenocles, neque quādam de Evolutione convenit, quod eo nomine dedit, contra iuris poscit rationem. Altera ratio est, quod Evolutione per Retractū primum post ipsum contrarium, & non ex causa precedente competat. L. 5. ff. de Evīt. ibi. Hec autem actio postea effice cepit. L. 11. pr. ed. ibi. Post Contractam venditionem. & L. 1. C. de peric. rei vend. ibi. Quæ ex precedente tempore causam evictionis parat. Addit citatus Author, hoc adeo procedere, ut licet venditor evictionem verbis generalibus promiserit, v. g. se rem tutam praefixum, nihilominus de evictione iure Retractū facta non teneatur, quoniam in re qua suā naturā evincitur, non sufficit generalis promissio de Evolutione, utpote secundum naturam actus semper accipienda, sed specialis necessaria est, ut v. g. promitterat, rem mihi etiam adversus retractū consanguineorum tutam forere, five, Retractū non obnoxiam esse dixerit.

Simili modo si res vendita evincatur iure Restitutionis in integrum, non tenebitur venditor, sive restitutio ex mera Principis gratia, v. g. ad bona publicata, five ex iustitia, v. g. ex minori rennis evincientis arte, vel ex iusta absentia causa procedat: ita tamen, ut cum causa istius extraordinaria evictionis, scilicet latio ex minori arte, aut ex capite iusta absentia procedendis, contractum ipsum praecessit, possit empōr premium à suo venditore repetrere, cum æquitas non patiatur abesse Empōtiori premium, & venditoris lucro cedere, qui id, quod empōtior haec sum p̄stit, ab ipso minore consequatur, aut certe sibi Christi. Hann. de Jus. Tom. IV.

impunare debeat, quod cum minore cautius non contraxerit. Ita cum glossa & aliis citatus Author: fed lex 3. C. de Evīt. quam citat, nihil de hoc habet, volebat forte citare legē 39. ff. eod. quæ tamē potius referri septimus casus infra ponendus.

335. Quintus casus, quo venditor de Evictione non teneret, est, si empōr ex Principis mandato rem emptam alteri tradere compellitur, nec huic causam dedit Venditor. Ratio est, quia hoc ad casum fortuitum pertinet, in quo evictionem cessare jam superius probatum est.

